

Cuprins

<i>Notă asupra ediției</i> (George Grigore, Alexander Baumgarten)	5
<i>Tabel cronologic și harta peregrinărilor lui Ibn Sînā</i> (Gabriel Bițună)	11
Cartea definițiilor	15
<i>Tractatus de diffinitionibus, et quaesitis ab Avicenna compositus</i>	
<i>ac ab Andrea Bellunensi ex arabico translatus</i>	65
<i>Note</i>	113
<i>Ibn Sînā, între Europa și... Europa</i> (George Grigore)	145
<i>Bibliografie</i>	173
<i>Glosar român, grec, arab și latin al termenilor tratatului</i>	183

Colecție coordonată de Alexander Baumgarten

Consiliul științific:

Alexander Baumgarten (Universitatea „Babeș-Bolyai”, Cluj-Napoca)

Andrei Bereschi (Universitatea „Babeș-Bolyai”, Cluj-Napoca)

Anca Crivăț (Universitatea din București)

George Grigore (Universitatea din București)

Eugen Munteanu (Universitatea „Alexandru Ioan Cuza”, Iași)

Ioana Munteanu (Universitatea din București)

Alexandru-Florin Platon (Universitatea „Alexandru Ioan Cuza”, Iași)

Bogdan Tătaru-Cazaban (Institutul de Istoria Religiilor al Academiei Române, București)

Anca Vasiliu (Centre National de la Recherche Scientifique, Paris)

© 2012 by Editura POLIROM, pentru prezenta traducere în limba română

Această carte este protejată prin copyright. Reproducerea integrală sau parțială, multiplicarea prin orice mijloace și sub orice formă, cum ar fi xeroxarea, scanarea, transpunerea în format electronic sau audio, punerea la dispoziția publică, inclusiv prin internet sau prin rețele de calculatoare, stocarea permanentă sau temporară pe dispozitive sau sisteme cu posibilitatea recuperării informațiilor, cu scop comercial sau gratuit, precum și alte fapte similare săvârșite fără permisiunea scrisă a deținătorului copyrightului reprezintă o încălcare a legislației cu privire la protecția proprietății intelectuale și se pedepsesc penal și/sau civil în conformitate cu legile în vigoare.

Pe copertă: imagine dintr-un manuscris din secolul al XIII-lea, biblioteca Palatului Topkapı, Istanbul

www.polirom.ro

Editura POLIROM

Iași, B-dul Carol I nr. 4 ; P.O. BOX 266, 700506

București, Splaiul Unirii nr. 6, bl. B3A, sc. 1, et. 1,

sector 4, 040031, O.P. 53, C.P. 15-728

Descrierea CIP a Bibliotecii Naționale a României :

AVICENNA

Cartea definițiilor / Ibn Sînâ (Avicenna); trad. din limba arabă, studiu și bibliografie de George Grigore; note și comentarii de George Grigore și Alexander Baumgarten; tab. cronologic de Gabriel Bițună; transcrierea critică a versiunii latine a tratatului și a comentariilor lui Andrea Alpago (1546), împreună cu traducerea comentariilor în limba română de Alexander Baumgarten. – Iași: Polirom, 2012

Bibliogr.

ISBN: 978-973-46-0656-6

I. Grigore, George (trad.)

II. Baumgarten Alexander (trad.)

III. Bițună, Gabriel (tab. cronologic)

14(=411.21)

Printed in ROMANIA

Ibn Sīnā
(Avicenna)

CLARTEA
DEFINIȚIILOR

Ediție trilingvă

Traducere din limba arabă, studiu
și bibliografie de George Grigore

Note și comentarii de George Grigore,
Alexander Baumgarten, Paula Tomi și Mădălina Pantea

Tabel cronologic de Gabriel Bițună

Transcriere critică a versiunii latine a tratatului și a comentariilor
lui Andrea Alpago (1546) împreună cu traducerea comentariilor
în limba română de Alexander Baumgarten

POLIROM
2012

Diffinitio angeli

Habens vitam, quia omne habens virtutem apprehensivam, et voluntariam, dicitur vivens: et sic Deus et angelus dicitur vivens. Angeli intellectuales sunt angeli moventes corpora coelestia, et aliae intelligentiae separatae. Angeli vero animales, sunt animae humanae separatae a corpore. Sed angeli corporei, sunt animae in corpore humano, aut animae corporum coelestium¹¹³//

f. 132r.

Diffinitio planetarum vel coelorum

Planeta est substantia simplex sphaerica non recipiens generationem, et corruptionem mobilis naturaliter super medium, quod comprehendit vel continet.

a medio scilicet mundi, id est a terra¹¹⁴.

Diffinitio planetarum vel coelorum

Mobilis supra id est supra terram, quae continetur a corporibus coelestibus¹¹⁵.

Diffinitio stellae

Stella est corpus simplex sphaericum, cuius locus naturalis est ipse planeta, vel ipsum coelum, cuius natura est, quod luceat, non recipiens generationem et corruptionem, mobile super medium non comprahendens, vel non ambiens ipsum.

Diffinitio stellarum

Mobile super medium id est super terram non comprahendens ipsam, quia stella respectu corporis coelestis est sicut nodus in tabula lignea, quare stella, quae est pars corporis coelestis, non comprehendit terram¹¹⁶.

Diffinitio solis

Sol est stella, et est corpus maius omnium stellarum, et vehementioris luminis. Et locus eius naturalis est in quarta sphaera.

Diffinitio lunae

Luna est planeta, vel stella, cuius locus naturalis est coelum inferius. Et ipsius natura est, quod recipiat lumen a sole secundum figuras diversas. Et color eius essentialis vel naturalis declinat ad nigredinem.

Diffinitio lunae

Et color eius essentialis, id est color qui convenit ei per se quoad visum nostrum secluso lumine soli, est color declinans ad nigredinem¹¹⁷.

Diffinitio gen, seu spirituum

Gen seu spiritus est animal aereum rationale, et habens corpus transparens, cuius natura est quod figuratur figuris diversis. Et haec quidem non est eius descriptio, sed est intentio nominis.

Diffinitio ignis

Ignis est corpus simplex, cuius natura est, quod ipse est calidus et siccus, mobilis naturaliter a medio, ut permaneat sub sphaera lunae.

Diffinitio aeris

f. 132v.

Aer est corpus simplex, cuius natura est, quod sit calidus, humidus, transparens, subtilis, mobilis ad locum, qui est sub sphaera ignis supra sphaera terrae et aquae.

Diffinitio aquae

Aqua est corpus simplex, cuius natura est quod sit frigida, et humida, transparens, mobilis in loco, qui est sub sphaera aeris, et supra terram.

Diffinitio terrae

Terra est corpus simplex, cuius natura est quod sit frigida, sicca, mobilis ad medium in eo descendens.

*ad
medium,
id est ad
medium
mundi,
quod est
centrum
mundi*¹¹⁸.

Diffinitio mundi

Mundus est aggregatum ex corporibus naturalibus simplicibus omnibus. Et dicitur mundus de tota summa entium homogeneorum, quasi sermo ipsorum quod est mundus naturalis vel naturalium et mundus animarum, et mundus intellectuum.

Diffinitio mundi

*Quod est mundus naturalium, id est aggregatum ex rebus naturalibus. Nam res naturales sunt homogeneae in hoc quod quaelibet illarum est naturalis; mundus animarum, id est aggregatum ex animabus dicitur mundus, et similiter aggregatum ex intellectibus dicitur mundus intellectuum, dictum est enim supra quid et quot sint intellectus*¹¹⁹.

Diffinitio motus

Motus est perfectio prima, seu actus primus rei vel entis in potentia, secundum quod in potentia. Et si volueris, dicatur quod motus est exitus de potentia ad actum, non in uno instanti. Motus vero totius est motus corporis supremi super medium comprahendens omnes motus, qui sunt super medium, et est velocior ipsis.

Diffinitio motus

Motus vero totius etc. *Nota quod motus supremae sphaerae dicitur motus totius, quia ad motum ipsius moventur reliqua inferiora. Ideo motus supremae sphaerae dicitur motus totius, quia comprehendit omnes motus inferiores, et est velocior omnibus motibus inferioribus*¹²⁶.

Diffinitio aldhar, id est seculi vel aevi.

Seculum vel aevum attribuitur creatori vel opifici. Et aevum est intentio intellecta de attributis firmis ad animam in toto tempore.

Diffinitio temporis

f. 133r.

Tempus attribuitur artificio, et tempus est mensura motus // ex parte ante, et a parte post, vel ex parte anteriori, et parte posteriori.

Diffinitio alan, id est nunc, seu instantis

Nunc seu instans, est extremitas imaginata, in qua communicant tempus praeteritum et futurum. Et quandoque dicitur quod est tempus parvae mensurae vel quantitatis apud imaginationem continuatum per instans verum ex duobus lateribus eius.

Diffinitio termini, vel extremi

Terminus vel finis seu extremitas rei est illud, quo res habens quantitatem pervenit ad ubi, in quo non existit post eam aliquid ipsius.

Diffinitio infiniti

Infinitum est quantitas cuius partes quascunque acceperis adhuc existunt de ipso res extra ipsas non reiteratae. Vel aliter infinitum

est quantum, cuius partes quaecunque acceptae fuerunt, tamen adhuc existunt vel reperiuntur res de ipso non reiteratae, quae sunt extra ipsas vel sunt aliae ab eis.

Diffinitio infiniti

Cuius partes quascunque acceperis etc., id est illud dicitur infinitum, de quo licet acceperis quascunque partes volueris, tamen adhuc restant res de ipso, id est partes aliae ipsius infiniti, quae sunt diversae a partibus prius acceptis, et tales partes restant non reiteratae, id est absque quod fiat reiteratio partium prius acceptarum. Si enim accipiatur numerus rerum, quae sint partes alicuius, puta numerus milenarius, postea ultra talem numerum milenarium reperiuntur, et restant adhuc aliae partes a praecedentibus diversae, quae non sunt reiteratae vel commerate in prioribus, et ultra istas partes adhuc restant aliae diversae a prioribus, et sic in infinitum¹²¹.

Diffinitio puncti

Punctus est essentia indivisibilis, et habens situm, et est terminus lineae.

Diffinitio puncti

Et habens situm supple per accidens, quia situatur ad situationem eius in quo est¹²².

Diffinitio lineae

Linea est quantitas, quae non recipit divisionem nisi ex una parte. Et iterum linea est quantitas, quae non dividitur aliquo modo in parte suae extensionis, et est terminus superficiei.

Diffinitio lineae

Nisi ex una parte, id est nisi transversaliter in parte suae extensionis, // id est secundum suam longitudinem,

secundum quam linea extenditur: quia secundum ipsam non dividitur, sed bene secundum latitudinem, seu transversaliter¹²³.

Diffinitio superficiei

Superficies est quantitas, in qua possibile est, quod accidant divisiones se intersecantes directe, et est terminus corporis.

Diffinitio spacii

Spacium est omne, quod est inter duos terminos non se obviantes, quando ad eos fit accessus. Et eius natura est, ut imaginentur in eo etiam termini alii de specie illorum terminorum. Et differentia quidem inter spacium, et inter dimensiones tres est, quod quandoque est spacium lineale absque linea, et spacium superficiale absque superficie. Exemplum huius est si praesupponantur in corpore non diviso intrinsece in actu duo puncta, tunc inter ea erit spacium, et non erit inter ea linea. Et similiter si imaginantur in eo duae lineae oppositae, tunc inter eas est spacium: et tamen inter eas non erit superficies, quoniam [ipsum non est habens superficiem, nisi quando separatur] actu aliquo uno modo separationis. Et in eo quidem non sunt lineae, nisi quando sunt in eo superficies. Differentia igitur est inter longitudinem, et lineam, et inter latitudinem, et superficiem: quoniam spacium, quod est inter duo puncta praedicta, est longitudo, et non est linea. Et spacium quod est inter duas lineas praedictas, est latitudo, et tamen non est superficies, quamvis omnis linea sit habens longitudinem, et omnis superficies sit habens latitudinem.

Alia littera, ipsae scilicet lineae non habent superficiae, nisi quin ipsae separantur¹²⁴.